

numerofam familiā: multiplicē prolē: **Uñ** beati: Beati qui habitāt in domo tua: in secula feculorū laudabūt te. **Hoc** vno beati ociofo negocio. **Hoc** ergo vnum defidere mus fratres: cū venimus ad hoc: nos paremus gaudere ad dominū: laudare deū. **Opera** bona que mō nos perducūt nō ibi erūt. **Diximus** et besterno die quātum potuimus: nō ibi erūt opera misericordie vbi nulla erit miseria. **Egentē** nō inuenies: nudū non inuenies: nemo tibi occurret sitiēs: nullus pegrinus erit: nullus egrotus quez visitēs: nullus mortu⁹ que sepelias: nullus litigatorū inter quos pacē cōponas. **Quid** factur⁹ es? **An** forte ppter necessitates nrī corpīs nouellabim⁹ et arabimus: et negocia bimur: et pegrinabimur? **Magna** ibi requies. **Nā** ibi omnia opa que necessitas flagitat subtrahent: mortua necessitate pibunt opa necessitatis. **Quid** ergo erit? **Quomō** potuit dixit lingua hūana. **Tanq̄** iocūdatorū omniū habitatio in te. **Quid** ē tanq̄? **Quare** tanq̄? **Quia** talis ibi erit iocūditas: qualē hic nō nouim⁹. **Videō** hic multas iocūditates: et multi gaudēt in seculo: alij hinc: alij inde: et nō ē qd̄ illi gaudio cōparent: sed tanq̄ iocūditas erit. **Nā** si dicā iocūditas incipit: homini occurret talis iocūditas: qualem solet habere in poculis in prandijs: in auaricia: in honoribus seculi. **Extollunt** em̄ homies: et leticia quadā insaniunt: sed nō est gaudere impijs: dicit dñs. **Est** em̄ iocūditas quedā: quā nec ocul⁹ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit. **Tanq̄** iocūdatorū omniū habitatio in te. **Ad** aliud gaudiū nos parem⁹: q̄a et hic tanq̄ simile inuenim⁹: et nō est hoc: ne quasi parem⁹ nos talib⁹ ibi pfrui: qualib⁹ h̄ gaudem⁹: alioq̄n cōtinentia nostra auaricia erit. **Sūt** em̄ homies qui inuitant ad cenā optimā: vbi multa et p̄ciosa ponēda sūt: nō prādent. **Jam** si q̄ras ab eis quare non prādeant: ieiunam⁹. **Magnū** opus: christi anū: opus ieiuniū: noli cito laudare: quere causam: negociū ventris agit nō religio nis. **Quare** ieiunāt? **Ne** ventrē p̄occupent vilia: et nō possint admittere p̄ciosa. **Ergo** negociū gutturis gerit in ieiuniū. **Magna** res: vtiq̄ ieiuniū contra ventrem et guttur pugnat: aliq̄n illis militat. **Itaq̄** frēs mei: si putatis aliquid tale habituros nos ī illa patria ad quā nos exhortat tuba celestis et p̄pterea vos a p̄sentib⁹ abstinetis: vt illic talia copiosius recipiat: sic estis quō illi qui

ieiunāt ppter epulas maiores: et continent se maiori ī cōtinentia. **Molite** ergo sic: ad aliquid vos ineffabile p̄parate: mundate cor ab omnib⁹ affectionib⁹ vestris terrenis et secularib⁹. **Elisuri** sum⁹ quiddā: quo viso beati erim⁹: et hoc solū nobis sufficiet. **Et** qd̄: **Non** māducabim⁹: **Immo** māducabim⁹: et ipse erit cibus noster: qui et reficiat: et nō deficiat. **Tanq̄** iocūdatorū omniū habitatio ī te. **Jā** dictū est: vñ iocūdabimur. **Beati** q̄ habitāt ī domo tua: ī secula feculorū laudabunt te. **Laudem⁹** et mō dominū quātū possum⁹ mixtis gemitib⁹: q̄ laudando euz desideram⁹ eū: et nōdū tenem⁹. **Cū** tenuerimus subtrahet omnis gemitus: et remanebit sola et pura: et eterna laudatio.

**Explicit** Tractatus de ps̄. LXXXVI.

**Incipit** Tractatus de ps̄. LXXXVII.

**P**salmi huius octogesimi et septimi titulus habet aliquid q̄ nouum negocium disputatori afferat. **Musq̄** enim aliorum psalmozū positum est qd̄ hic legitur: **Pro melech ad respondendum.** **Nam** de psalmo cantici: et cantico psalmi: alias iam quid nobis videret diximus: **Et** filijs chore vsitatum ī titulis psalmozū sepiissimeq̄ tractatus est: et quid sit in finem: sed qd̄ sequit: **Pro melech ad respondendū:** hoc inusitatum habet iste titulus. **Pro melech** aut̄ latine pro choro dici pōt. **Melech** em̄ verbo hebreo chorus significat. **Quid** est q̄ pro choro ad respondendū: nisi forte vt canenti chorus cōsonando respondeat: **Sicut** non istū solum: sed alios quoq̄ psalmos credendum est esse cantatos: q̄uis alios titulos acceperit: quod factū existimo causa varietatis qua fastidius leuaret. **Non** enim solus iste psalmus dignus est habitus: vbi responderet chorus: cum vtiq̄ non sit solus de domini passione cōscriptus. **Aut** si est alia causa: cur tanta sit varietas titulorū qua possit ostendi ita psalmos omnes esse p̄notatos: qui sunt aliter atq̄ aliter p̄notati: vt null⁹ titulus valeat alicui alteri cōuenire: ego eā fateor cū multū conatus essem penetrare non potui. **Et** si quid de hac re legi ab eis dictū q̄ ante nos ista tractauerūt: nō satisfecit expectatiōni siue tarditati mee. **In** quo igitur mysterio dictum mihi videt: p̄ choro ad respondendū: id est vt canenti per chorū respondeatur: exponam. **Domini** hic passio p̄batur. **Sicut** autē ap̄tus Petrus. **Christus**

p nobis passus est relinquēs nobis exem-  
plū vt sequamur vestigia ei⁹: hoc est respō-  
dere. **D**icit etiā ap̄lus Johānes: Sic chri-  
stus p nobis animā suam posuit: ita ⁊ nos  
debemus animā p fratrib⁹ ponere: hoc est  
respōdere. **C**horus autē cōcordiā significat  
q̄ in caritate cōsistit. Quisquis ergo quasi  
emulator dominice passiōis tradiderit cor-  
pus suū vt ardeat: si caritatē nō habeat: nō  
rīdet in choro: ⁊ ideo nihil ei pdest. **P**ro-  
inde quēadmodū dicunt in arte musica: si-  
cut eā edocti homines latine dicere potuerūt  
pcentor ⁊ succentor: pcentor scz q̄ vocē pre-  
mittit in cantu: succentor autē qui s̄sequē-  
ter canendo respondet: ita in hoc cantico  
passiōis pcedentē christū subsequit chor⁹  
martyrū in finem celestū coronarū. **H**oc  
enim canit filijs chore: id est imitatoribus  
passiōis christi: qm̄ in caluarie loco cru-  
cifixus est christus: que illius hebrei nomi-  
nis interpretatio philetur: id est chore. **E**t  
hic ē intellect⁹ Eman israelite. **Q**uod  
in tituli hui⁹ vltimo positū ē. Eman quippe  
interpretari dicit frater eius. **E**os em̄ fratres  
suos christ⁹ facere dignatus est qui sacra-  
mentū crucis eius intelligūt: ⁊ non solū de  
illa non erubescunt: verū etiā in illa fideli-  
ter gloriānt: non se de suis meritis extollē-  
tes: sed eius gratie nō ingrati: vt vnicuiq̄  
eorum dici possit: **E**cce vere israelita i quo  
dolo non est: sicut ip̄m israel scriptura sine  
dolo fuisse cōmendat. **I**am itaq̄ christi vo-  
cē in p̄phetia p̄nentis audiam⁹: cui suus  
chorus vel imitatione vel gratiarū actione  
respondeat.

Expositio psalmi.

**D**omine deus salutis mee:  
in die clamavi et nocte corā  
te. **I**ntret in cōspectu tuo  
oratio mea: inclina aurem tuam ad  
precē meam. **O**rauit enim domin⁹ non  
p̄m formā dei: sed p̄m formam serui. **S**cōm  
hanc em̄ ⁊ passus est. **O**rauit autē ⁊ cum  
in letis rebus ageret qd̄ diei nomine: ⁊ cuz  
in aduersis qd̄ noctis nomine significari ar-  
bitror. **I**ngressus oratōnis in cōspectu dei  
acceptatio eius est: inclinatio auris dei mi-  
sericors exauditio est. **N**am membra talia  
qualia nos habemus in corpore non habet  
deus. **E**st autē solita repetitio. **N**az qd̄ est:  
intret in cōspectu tuo oratio mea: idipsum  
est: inclina aurē tuā ad precē meā. **Q**m̄  
repleta est malis anima mea: ⁊ vi-  
ta mea in inferno appropinquauit.

Alia lra.  
t Quia.  
Alia lra.  
t nō habz.

**A**udemus ne dicere animā christi repletā  
malis cū illa passiōis afflictio in carne va-  
luerit quicqd̄ valuit: **E**ū ⁊ ip̄e suos ad to-  
lerantiā passiōis accēdēs: ⁊ tāq̄ ad respō-  
dēdū exhortās chorū suū: nolite inq̄t time-  
re eos q̄ corpus occidūt: aiā autē nō pos-  
sūt occidere. **A**n occidi aiā a p̄secutoribus  
nō pōt: malis autē repleri pōt: **Q**uod si ita  
ē: querēdū q̄b⁹: **N**ō enī vitijs p que homi-  
dnatur iiquitas aiā illā repletā possum⁹  
dicere: sed forte dolorib⁹ q̄bus aiā sue car-  
ni in eius passiōe cōpatit. **N**ō enī vel ip̄e q̄  
dicit corporis dolor pōt esse sine aiā quē i-  
euuabiliter iminētē p̄cedit mesticia q̄ soli⁹  
aic dolor est. **B**olere ergo aiā etiā nō dolē-  
te corpe pōt: dolere autē corpus sine aiā nō  
pōt. **E**t itaq̄ si dicam⁹: nō hūanis pecca-  
tis: sed tñ hūanis malis repletā fuisse aiāz  
christi: **D**e quo alius p̄pheta dicit: quod p  
nob̄ doluerit: **E**t euāgelista: **A**ssūpto inq̄t  
**P**etro ⁊ duob⁹ filijs zebedei cepit cōtrista-  
ri ⁊ mestus esse. **E**t ip̄e dominus de seipso:  
**T**ristis est anima mea vsq̄ ad mortē. **H**ec  
futura p̄uidēs p̄pheta psalmi hui⁹ conscri-  
ptor: inducēs eū loquētem: qm̄ repleta est  
inq̄t malis aiā mea: et vita mea inferno ap-  
ppinquit. **N**ā ip̄am sentētiāz oīno verbis  
alijs explicauit: q̄ dictū ē: tristis ē aiā mea  
vsq̄ ad mortē. **Q**uod enī ait: tristis est aiā  
mea: hoc dictū ē: repleta ē malis aiā mea:  
et qd̄ sequit: vsq̄ ad mortē: hoc dictū est: ⁊  
vita mea i inferno appropinquat. **H**os autē  
hūane infirmitatis affectus: sicut ip̄az car-  
ne infirmitatē hūane: et mortē carnis hūa-  
ne dñs **J**esus: nō p̄dinōis necessitate: sed  
miseratiōis volūtate suscepit: vt trāsfigura-  
ret in se corpus suū qd̄ est ecclesia: cui caput  
esse dignat⁹ ē: hoc ē mēbra sua i s̄ctis ⁊ fi-  
delib⁹ suis: vt si cui eoz inf hūanas tēpta-  
tiōes cōtristari ⁊ dolere p̄tigeret: nō ideo se  
ab eius gratia putaret alienū: et nō esse ista  
peccata: sed hūane infirmitatis indicia: tā-  
q̄ voci p̄misse cōcīnēs chor⁹: ita corp⁹ eius  
ex ip̄o suo capite addisceret. **I**n hoc q̄ppe  
corpore p̄cipuū mēbroz apostolū **P**aulū  
legimus: ⁊ audim⁹ cōfidentē talibus malis  
repletā esse animā suā: cū dicit tristiciā sibi  
esse magnā et cōtinuā dolorē cordi suo p  
fratrib⁹ suis secūdū carnez q̄ sūt israelite.  
**P**ro q̄bus si cōtristatū dicam⁹ et dñm cuz  
eius passio p̄pinquaret: in qua illi se ima-  
nissimo scelere fuerāt obligaturi: nō incon-  
grue nos dicere existimo. **B**eniq̄ illud qd̄  
in cruce dixit: **P**ater ignosce illis quia ne-

Alia lra.  
† Estimatus.

sciunt quid faciunt: etiam in isto psalmo deinceps dicit. Deputatus sum cum descendentibus in lacum: Utiq; a nescientibus quid facerent qui eum sic mori putauerunt: ut moriatur homines ceteri tanq; necessitati subditum atq; illa necessitate deuictum. In lacum enim dixit: vel miserie: vel inferni pfunditatem. Factus sum: inquit: sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. In his verbis maxime psona domini apparet. Quis enim ali? inter mortuos liber: nisi in similitudine carnis peccati: inter peccatores solus sine peccato? Unde illis qui se insipienter liberos putabant: Omnis ait qui facit peccatum seruus est peccati. Et qui per eum qui nō habebat peccati: oportebat liberari a peccatis: Si vos inquit filius liberauerit: tunc vere liberi eritis. Hic ergo inter mortuos liber q; in potestate habebat ponere animā suā: et iterum sumere eam a quo eam nemo tollebat: sed eam ipse voluntate ponebat: q; etiam carnē suam tanq; solutū ab eis templum resuscitare potuerat cū volebat: quē passurum cū omnes deseruissent: solus nō remansit: quia pater eum nō deseruit: sicut ipse testatur: ab inimicis tamen pro quibus orauit nescientibus quod faciebant et dicentibus: Alios saluos fecit: seipsum non potest: si filius dei est descendat nūc de cruce: et credimus ei: saluū faciat eum si vult eus: factus est: id est estimatus est tanq; homo sine adiutorio. Tanq; vulnerati dormientes in sepulchro: Sed addidit. Quorum non meministi adhuc. Ubi est domini christi a ceteris mortuis anima duertenda discretio: nam et ipse vulneratus est: et mortuus positus in sepulchro: sed illi qui nesciebant quid faciebāt quis esset: vtiq; nescientes simul illum putauerūt: aliosq; vulnere occisis: et dormientibus i sepulchro: quorum deus adhuc nō meminit: id ē quorū nōdum tempus resurgendi aduenit. Ideo namq; mortuos cōsuevit scriptura dicere: dormientes: q; euigilatuos: id est resurrectuos vult intelligi. Sed hic vulneratus et dormiens i sepulchro die tertio euigilauit: et factus est sicut passer singularis in tectio: id est ad dexteram dei patris in celo: nec iam moritur: et mors ei vltra non dominabit. Unde longe distat ab eis quorum ad talem resurrectionem deus non meminit adhuc. Qd enim precedere oportebat in capite: corpori ser-

Alia lra.  
† Sicut.  
† sepulchris.  
† eo memor  
amplius.

uatur in finem. Tunc autē dicit: deus meminisse quādo facit: tunc obliuisci quando non facit. Nam neq; obliuio cadit in deū: quia nullo modo mutat: neq; recordatio: quia non obliuiscitur. Factus sum ergo ab eis nescientibus qd faciebant tanq; homo sine adiutorio cum essem inter mortuos liber: factus sum ab eis nescientibus qd faciebant velut vulnerati dormiētes in sepulchro. Et ipsi expulsi sunt de manu tua. Id est cum hec ab eis factus sum: ipsi expulsi sunt de manu tua: ipsi adiutorio manus tue priuati sunt qui me sine adiutorio esse putauerunt. Foderunt enim sicut dicit in alio psalmo: ante faciem meā foueam: et ceciderunt in eam. Melius enim sic intelligendus existimo: q; vt id quod dictū est: et ipsi expulsi sunt de manu tua: ad illos referatur: dormientes in sepulchro quorum nō meminit adhuc: cum sint in eis iusti quorū licet non meminerit adhuc vt resurgant: de his tamē dictū: Iustoz anime in manu dei sunt: hoc est: habitant i adiutorio altissimi: et in ptectione dei celi cōmorant. Sed illi expulsi sunt de manu dei qui dominū Iesū christū de manu eius expulsū esse crediderūt: quia eum inter iniquos deputatum occidere potuerunt. Posuerunt me: inquit: in lacu inferiori: Vel potius: In lacu infimo: Sic em̄ est in greco. Quid est em̄ lacus infimus: nisi pfundissima miseria qua non sit pfundior: Unde alibi dicitur: Eduxisti me de lacu miserie. In tenebrosis et in vmbra mortis. Posuerūt vtiq; id existimantes quādo qd faciebant nesciebant: et ignorabant eum quem nemo principū hui? seculi cognouit. Vmbra em̄ mortis: nescio vtrū mors corporis hic intelligēda sit: an illa potius de qua scriptum est: Qui sedebant in tenebris et vmbra mortis lux orta est eis: quia credendo i lucem et in vitā ex tenebris: et morte impietatis educti sunt. Talē ergo illi qui nesciebant qd faciebant deum putauerūt: et inter tales nesciendo posuerunt: qualib? ne hoc essent: ipse subuenit. In me cōfirmata est indignatio tua: Vel sicut alii codices habēt: Ira tua: Vel sicut alii: Furor tuus. Qd em̄ grece positū ē θυμος: diuerse interpretati sunt nri. Nam vbi greci codices habēt οργη: ibi irā latine dicere nullus fere dubitauit interpretes. Ubi autē θυμος positū est: pleriq; non putauerunt irā esse dicendā: cū magni auctores latine

Alia lra.  
† repulsi.

Alia lra.  
† Super.  
† cōfirmata.

eloquentie de philosophorum grecorum libris etiam hoc ire nomine verterint in latinum. Neque de hac re diutius disputandum est: cui tamen si et nos aliud nomen adhibere debemus tolerabilius indignationem dixerim quam furor. Furor quippe sicut se latinum habet eloquium: non solet esse sanorum. Quid ergo est in me confirmata est ira tua: nisi quemadmodum illi putauerunt: qui dominum glorie non cognouerunt. Apud eos enim sic erat quod ira dei non solum commota verum etiam confirmata fuerit super eum quem usque ad mortem nec qualelibet mortem: sed quam execrabilis per ceteris habebant: id est usque ad mortem crucis perducere potuerunt. Unde dicit apostolus: Christus nos redemit de maledicto legis: factus pro nobis maledictum. Scriptum est enim: Maledictus omnis homo qui pendet in ligno. Et ideo cum eius obedientiam usque ad extremam humilitatem commendare vellet: humiliavit inquit semetipsum factus obediens patri usque ad mortem. Quod cum parum videret: adiecit: mortem autem crucis. Propter hoc quantum mihi videtur etiam in isto psalmo talis versus sequitur. Et omnes suspensiones tuas: Vel sic quidam interpretantur. Omnes fluctus tuos: Aut sicut alij. Omnes elationes tuas super me induxisti: Scriptum est et in alio psalmo: Omnes suspensiones tue: et fluctus tui. Super me ingressi sunt: Vel sicut quidam melius transferunt. Super me transierunt. *Διελχομαι* enim est in greco non *ισελχομαι*. Ubi ergo utriusque positus est: et suspensiones et fluctus: non ibi poterunt per suspensionibus fluctus poni: Que duo sic exposuimus: ut suspensiones dicemus comminationes: fluctus autem iam ipsas passiones: que utraque veniunt de iudicio dei. Sed illic dictum est: Omnes super me transierunt: hic vero super me omnes induxisti. Illic ergo et si quedam acciderunt: omnia tamen mala que illis verbis intelligi voluit: super me transierunt dixit: hic vero super me induxisti. Transierunt enim siue que non attingunt sicut suspensiones: siue que attingunt sicut fluctus. Cum autem non ait: omnes suspensiones super me transierunt: sed super me induxisti: omnia que impendebant evenisse significat. Impendebant autem quod diu in prophetia futura iminebant omnia que de illius passione predicta sunt. **Longe**: inquit: fecisti notos meos a me: Si eos quos noverat acceperimus dictum esse notos meos omnes erunt. Nam que ille non noverat: Sed

eos dicit notos quibus et ipse notus erat quantum enim tunc nosse potuerunt: certe vel hactenus quod sciebant cum innocente: etiam si hominem tunc modo et non deum putabant: quis et bonos quos probaret hic notos dicere poterit: sicut malos quos improbaret ignotos: quibus in fine dicturus est: non novi vos. Quod vero adiungit. **Posuerunt me abominacionem sibi**. Possunt et illi quidem intelligi quos notos sibi dixit: quod et ipsi genus illius mortis horrebant: sed melius intelligitur de his de quibus suis persecutoribus superius loquebatur. **Traditus sum**: inquit: **et non egrediebar**: Utrum quia foris erant discipuli eius: quando ipse inter iudicabatur: an potius non egrediebar alius dictus debemus accipere: id est in interioribus meis latebam: non ostendebam quis essem: non palabar: non manifestabar: Et ideo sequitur. **Oculi mei infirmati sunt ab inopia**. Nam quos eius oculos intellectum sumus: Nam si exteriores in carne in qua patiebatur positos: non eos in eius passione legimus infirmatos ab inopia: id est tanquam fame ut assolet languisse. Post cenam quippe suam traditus: et eodem die crucifixus est. Si interiores: quomodo infirmati sunt ab inopia cum in eis esset lux indeficiens: Sed nimirum oculos suos dixit membra que in suo corpore cui caput est ipse clariora et eminentiora et precipua diligebat. De quo corpore apostolus loquens: et de nostro corpore similitudinem adhibens: ait: Si totum corpus oculus: ubi auditus: Si totum corpus auditus: ubi odoratus: Si fuissent omnia unum membrum: ubi corpus: Hunc autem multa membra unum autem corpus. *Non potest dicere oculus manibus: opus vobis non habeo*. Et si dixerit manus: quia non sum oculus: non sum de corpore: non ideo non est de corpore. Quid autem his verbis vellet intelligi evidenter expressit dicens: **Eos autem estis corpus christi et membra**. Quapropter et illi oculi: id est sancti apostoli quibus non revelauerat caro et sanguis: sed pater eius qui in celis est: ut Petrus diceret: **Tu es christus filius dei vivi**: videtes eum tradi ac tanta perpetua mala: quoniam non eum videbant quale volebant: quod non egrediebar: id est non manifestabar in virtute et potentia sua: sed in suis interioribus occultis: omnia quasi superatus atque impotens sufferebat: infirmati sunt ab inopia velut subtracto sibi cito suo lumine suo. **Et exclamavit**: inquit: **ad te domine**: Hoc quidem et aptissime fecit cum

Alia lra.  
† laquerunt pre

Alia lra.  
† Clamavit.

penderet i ligno. Sz qd sequit. Tota die expandi manus meas ad te. Quo oporteat accipi merito querit. Si em in eo qd ait: expadi manus meas: crucis patibulum intellexerimus: quomodo intellecturi sumus: tota die: Nunquid tota die pependit i ligno: cum z nox ad totu diem ptineat: Si aut hoc loco diem voluit intelligi: qui pter noctem dies appellari solet: etiaz talis diei quando crucifixus est: iam pars pma et non parua transferat. Si autem diem p tempore positum volumus accipere: maxime quia hoc nome genere feminino posuit: quod in latino eloquio no nisi tempus significare solet: quous in greco no ita sit: semp quippe in ea lingua dies feminini generis dicit: z ido nostros sic interpretari puto: arti questio colligabit. Quomodo em toto tepore: si nec saltu vno toto die manus extedit in cruce: Porro si totum p parte accipiendu esse dicamus: quia isto genere locutionis vti etia sancta scriptura cosuevit: no mihi occurrit exemplum totum p parte etia tunc posse accipi quando ipm verbu addit: z dicit totus. Nam z in eo quod dicit dominus in euangelio: Sic erit z filius hominis i corde terre tribus diebus: z tribus noctibus: ideo totu p te no insolenter accipit: quia non ait: totis tribus diebus: z totis tribus noctibus. Unus quippe medius fuit totus dies: duorum autem partes primi vltima: vltimi prima. Si autem no cruce suam in hac ppheta psalmi significauit his verbis: sed oratione qua euz ex forma serui fuisse deo patri euangelio teste didicimus: vbi eum et longe ante passionem z sub die passionis: z in ipsa cruce orasse meminimus: nusquam hoc cum tota die fecisse legimus. Proinde couenienter per extensas manus tota die continuatione bonorum operum intelligere possumus: a quorum nunquam intentione cessauit. Sed quia solis pdestinatis in eternam salutem: non autem omnibus hominibus: nec ipsis inter quos facta sunt ei bona opera pfuerunt: Ideo consequenter adiecit. Nunquid mortuis facies mirabilia: Hoc em si de his dictum putauerimus quorum caro exanimis facta e: magna mirabilia facta sunt mortuis: euz quida eorum etia reuixerunt: z qd dominus penetravit inferna: atqz inde mortuorum victor ascendit: magnu mortuis miraculu factum est. Significat ergo isto verbo quo ait: Nunquid mortuis facies mirabilia: homines corde ita mortuos: vt eos ad vitam fidei tanta christi

mirabilia non mouerent. Neque enim propterea dixit: no eis fieri mirabilia: quia no ea vident: sed quia non eis pfunt. Nam si cut hic ait: Tota die expandi manus meas ad te: quia omnia opera sua: no nisi ad voluntatem patris referat: sepissime se cõtestas ideo venisse: vt voluntatem patris impleret: ita quia eadem opera etia infidelis populus vidit: alius ppheta dicit: Tota die expandi manus meas ad populu no credentem z cõtradicentem. Ipsi sunt mortui quibus non sunt facta mirabilia: no qd ea non vident: sed qd p ea non reuixerunt. Quod autem sequit. Aut medici exuscitabunt et cõfitebunt tibi: Id est quia no a medicis exuscitabunt homines vt confiteant tibi: in hebreo quidem aliter se habere firmat. No em medici sed gigantes esse phibent. Versu septuaginta interpretes quorum auctoritas tanta est: vt non imerito ppter mirabilem consonantiam diuino spiritu interfecti esse credant: de vocis similitudine quatinus hebreo lingua gigantes z medici pene eodem modo sonat: vt exigua differentia distinguatur: no errore sed potius occasione: quod isto loco accipiendi essent gigantes significare voluerunt. Si em supbos gigantum nomine insinuos intelligamus: de quibus dicit apulus: Vbi sapiens: vbi scriba: vbi cõquisitor huius seculi: no fuit incongruum eosdem medicos nuncupari velut per arte sapientie sue pmittentes animarum salutem: Contra quos dicitur: domini est salus. Si autem in bono acceperimus gigantes: quia et de ipso dno dictum est: Exultauit vt gigas ad currendam viam: qd ita fit gigas gigantum magnorum scz et fortissimorum: qui in eius ecclesia spirituali robore excellunt: sicut e mons montium: quia de illo scriptu est: Erit in nouissimis temporibus manifestus mons domini paratus in cacumie montium: sicut etiam sanctus sanctorum: non est absurdum vt idem ipsi magni z fortes etia medici vocent. Vnde dicit Apostolus Paulus: Si quo modo emulari potero carnem meam: vt saluos faciam aliquos ex illis. Sz etiam tales medici quibus non de suo curent: quia nec medici corporis curant: de suo tamen quantumlibet per fidele ministerium opulentur saluti: viuentes curare possunt: no mortuos excitare: de quibus dictu est: Nunquid mortuis facies mirabilia: Nimis enim occulta dei gratia est: quia hominum mentes quodammodo reuiuiscunt vt possint a quibuslibet eis munus is

Alia lra.  
stusctabit.

cepta sanitatis audire. Quā gratiā com-  
 mendat in euangelio dicēs: Nemo potest  
 venire ad me: nisi pater qui misit me traxe-  
 rit eū. Et paulopost apertius hoc ipsum re-  
 petens ait: Verba que ego locut<sup>9</sup> sum vo-  
 bis spiritus et vita sunt: sed sunt quidam  
 ex vobis qui non credunt: Beinde inter-  
 ponit euangelista: Sciebat enim ab initio  
 Iesus qui essent credituri: et quis traditur<sup>9</sup>  
 esset eum: Et secutus atq; ipius verba do-  
 mini coniungens dicebat: Propterea dixi  
 vobis: quia nemo potest venire ad me:  
 nisi fuerit ei datum a patre meo. Supra di-  
 xerat: sed sunt quidā ex vobis qui non cre-  
 dunt: Et tanq; huius rei causam exponēs:  
 propterea inquit dixi vobis: qz nemo potest  
 venire ad me: nisi fuerit ei datū a patre meo:  
 vt ostenderet eāpsā fidem qua credit: et ex  
 morte sui cordis anima reuiuiscit: dari no-  
 bis a deo. Quātūlibet ḡ existāt excellentes  
 verbi p̄dicatores et veritatis etiā p̄ miracu-  
 la sua fortes: tanq; magni medici agant cū  
 hominibus: si mortui sunt: et tua gratia nō  
 reuixerint: nūquid mortuis facies mirabi-  
 lia: aut medici exuscitabunt: et hi quos ex-  
 uscitabūt confitebunt tibi: Hec em̄ cōfes-  
 sio indicat viuos: nō sicut alibi scriptū ē: A  
 mortuo velut q̄ nō sit perijt p̄fessio. **Nū-**  
**quid enarrabit quis in sepulchro**  
**miseriordiā tuā: et veritatē tuā in**  
**perditōe?** Subaudit quod supradictū  
 ē: vt etiā iste versus ita se habeat ac si dictū  
 sit: Nūquid enarrabit quis veritatē tuam  
 in perditōe? Misericordiā quippe et veri-  
 tatem amat scriptura coniungere: maxime in  
 psalmis. Quod vō ait in pditōe: alio ver-  
 bo repetiunt qd̄ supra dixerat: i sepulchro.  
 Sic em̄ dictū est: in sepulchro vt intelligā-  
 tur hi qui sunt in sepulchro: qui et iuperius  
 significati sunt nomine mortuorū: vbi ait:  
 Nūquid mortuis facies mirabilia: Anime  
 nāq; mortue corpus sepulchrū est. Uñ do-  
 minus in euangelio talibus dicit: Similes  
 estis sepulchris dealbatis: que foris appa-  
 rent hominib<sup>9</sup> speciosa: intus vō plena sūt  
 ossibus mortuorū et omni spurcitia. Sic et  
 vos a foris quidez apparetis hominib<sup>9</sup> iusti:  
 intus autē pleni estis hypocrisi et iniquita-  
 te. **Nūquid cognoscent in tene-**  
**bris mirabilia tua: et iusticia tua in**  
**terra oblitera?** Quod est in tenebris: hoc  
 est: in terra oblitera. Infideles em̄ significa-  
 tur nomine tenebrarū. Hinc dicit apostol<sup>9</sup>:  
 Fuistis enim aliquādo tenebre. Sic et ter-

ra oblitera homo est qui oblitus est deum.  
 Potest nāq; anima infidelis vsq; ad tan-  
 tas tenebras peruenire: vt dicat stultus in  
 corde suo: nō est deus. Totus ergo iste sen-  
 sus ita cōtinuat atq; contextitur. Clamaui  
 ad te domine inter passiōes meas: tota die  
 expandi manus meas ad te: id est non de-  
 stiti ad te glorificandum: extendere opera  
 mea. Cur ergo impij i me seuiunt: nisi quia  
 mortuis nō facies mirabilia: Id est nō eis  
 cōmouent ad fidem: nec medici eos exus-  
 citabunt vt confiteant tibi: in quibus oc-  
 culta gratia tua non operatur qua trabunt  
 vt credāt: quia nemo venit ad me: nisi que-  
 tu attraxeris. Nam quis narrabit in sepul-  
 chro misericordiā tuam: id est anime mor-  
 tue: cuius mors iacet sub corpis pondere:  
 et veritatem tuam in pditione: hoc est in ta-  
 li morte nihil horū valenti credere atq; sen-  
 tire: Nūqd̄ em̄ i tenebris hui<sup>9</sup> mortis: hoc  
 est in homine qui te obliuiscendo vite lumē  
 amisit: tua mirabilia et iusticia cognoscent?  
 Occurrebat autē questio: quis nāq; sit vsus  
 istorum mortuorū: quid ex his agat deus  
 ad vtilitatem corporis christi quod est ec-  
 clesia: vt in eis demonstret q̄ sit dei gratia i  
 p̄destinatis: q̄ fm̄ ppositū vocati sunt. Uñ  
 ipm̄ corp<sup>9</sup> i alio psalmo dicit: Be<sup>9</sup> me<sup>9</sup> mise-  
 ricordia ei<sup>9</sup> p̄ueniet me. Be<sup>9</sup> me<sup>9</sup> demōstra-  
 uit mihi inimici meis. Ergo h̄ seq̄t ac dicit.  
**Et ego ad te dñe clamaui:** In qb<sup>9</sup>  
 verbis iam intelligendus est domin<sup>9</sup> chri-  
 stus ex voce corporis sui loqui: id est eccle-  
 sie. Quid est enim et ego: nisi quia fuimus  
 et nos aliquādo natura filij ire: sicut et cete-  
 ri: Sed ad te clamaui vt salu<sup>9</sup> essem. Quis  
 enim me discernit ab alijs filijs ire: cū apo-  
 stolum audiā ingratos terribiliter increpā-  
 tem ac dicentem: Quis enim te discernit?  
 Quid autem habes quod non accepisti?  
 Si autē accepisti: quid gloriaris quasi nō  
 acceperis? Bonum est salus. Bigas autē  
 in multitudine virtutis sue nō erit saluus:  
 sed sicut scriptum est: Qui inuocauerit no-  
 men domini saluus erit. Quomodo autē  
 inuocabunt in quem nō crediderunt: Aut  
 quomodo credent ei que non audierunt?  
 Quomodo autem audient sine p̄dicante?  
 Aut quomodo p̄dicabunt si non mittant?  
 Sicut scriptum est: Nō speciosi pedes eo-  
 rum: qui annunciant pacem: qui annūci-  
 ant bona. Ipi sunt medici curātes a latro-  
 nibus sauciati: sed dominus perduxit  
 eum ad stabulum: quia ipi sunt etiam ope-

Alia lra.  
 narrabit ali-  
 quis.

Alia lra.  
 obliuionis.

rantes in agro dominico: nec tamē qui plā-  
 rat est aliquid: aut qui rigat: sed qui incre-  
 mentū dat deus. Ideo et ego ad dominū  
 clamaui: hoc est dominū vt salu<sup>o</sup> essem in-  
 uocaui. Quomō autē inuocare nisi crede-  
 rem. Quomō credere nisi audirem? S; vt  
 audita crederem ipse me attraxit: q; i oc-  
 culto a morte cordis non quilibet medicus: s;  
 ipse excitauit. Nam multi audierūt: quia in  
 omnē terrā exiit sonus eorū: et in fines or-  
 bis terre verba eorū. Sed non omnīū ē fi-  
 des: et nouit dominus qui sunt eius: ac p̄  
 nec credē potuissē: nisi me dei misericor-  
 dia p̄uenisset. et q; mortuos suscitāt: et vo-  
 cat ea que nō sunt: tanq; que sunt: me i oc-  
 cultis vocando et suscitando: et trahendo a  
 tenebris eduxisset et ad lumen fidei p̄duxis-  
 set. Ideo sequit. **Et mane oratio mea**  
**p̄ueniet te.** Jam mane postea q; nox in-  
 fidelitatis et tenebre transierunt. Qd mane  
 vt mihi eēt: misericordia quidē tua p̄uenit  
 me: sed quia restat illa clarificatio: vbi illu-  
 minabunt occulta tenebrarū et manifesta-  
 bunt cogitationes cordis: et tunc laus erit  
 vnicuiq; a te: nunc autē in ista vita: in ista  
 pegrinatōne: in hac luce fidei que in cōpa-  
 ratione tenebrarū infidelium iam dies est:  
 sed in cōparatione diei: vbi videbimus fa-  
 cie ad faciem adhuc nox est: adhuc oratio  
 mea p̄ueniet te. **Ut autez ista seruescat et**  
**exerceatur oratio qd nobis quātum expe-**  
**diat nullis vt opinor verbis explicari pōt:**  
**differtur bonum quod in eternū dabitur: et**  
**mala transitoria crebrescunt. Ideo sequit.**

Alia lfa.  
 † repellis.

**Et quid domine reppulisti ora-**  
**tionem meā? Hoc et illis verbis dictum**  
**est: Deus deus meus respice i me: vt quid**  
**me dereliquisti? Causa cognoscēda p̄posi-**  
**ta est: non tanq; sine causa hoc faceret dei**  
**occulta sapientia: ita et hic: Ut quid domi-**  
**ne reppulisti orationē meam? Huius tamē**  
**rei causa si diligenter aduertat iam supuis**  
**indicata est. Ad hoc eñ oratio sanctorum**  
**dilatione tanti beneficij et tribulationū ad-**  
**uersitate quasi repellit: vt tanq; ignis flatu**  
**repercussus inflāmetur ardētius. Exequit**  
**itaq; breuiter etiam tribulatōnes corporis**  
**christi. Reg. n. in solo capite facte sunt: cū**  
**et Saulo dictū sit: Quid me p̄sequeris? Et**  
**ipse iam Paulus tanq; electuz membrū in**  
**eodē corpe positus dicat: vt supleā q de-**  
**sunt p̄scurarū christi in carne mea. Ut qd q**  
**dñe reppulisti orationē meā? † Auertisti**  
**faciem tuam a me. † Inops sum**

Alia lfa.  
 † auertis.  
 † Pauper.

ego et i laboribus a iuuetute mea:  
 exaltatus autē humiliat<sup>o</sup> sum et cō-  
 turbatus. In me trāsierūt ire tue:  
 et terrores tui conturbauerunt me.

**Circūdederūt me sicut aqua tota**  
**die: circūdederūt me simul. Elō-**  
**gasti a me amici et primū et notos**  
**meos a miseria. Contigerūt: et p̄tingūt**  
**oia hec i mēbus corpis christi: et auertit de<sup>o</sup>**  
**ab orantib<sup>o</sup> faciem: non exaudiendo ad id**  
**quod volunt: quādo sibi nesciunt nō expe-**  
**dire quod petunt. Et inops est ecclesia cuz**  
**esurit et sitit pegrina vnde satiatur i patria:**  
**et in laboribus est a iuuetute sua. Ip̄m eñ**  
**corpus christi et in alio psalmo dicit: Sepe**  
**expugnauerūt me a iuuetute mea. Et ad**  
**hoc exaltant etiā in seculo isto quedā mem-**  
**bra eius: vt in eis sit maior humilitas: et su-**  
**per ipsum corpus: id est vnitatem sancto-**  
**rum atq; fidelīū cui caput est christus: trā-**  
**seunt ire dei: non autem manent. Quia nō**  
**de fidelī: sed de infidelī dictum est: Ira dei**  
**manet super eum. Et terrores dei contur-**  
**bant infirmitatem fidelium: quia omne qd**  
**accidere potest etiā si non accidat prudē-**  
**ter timetur. Et aliquādo terrores ip̄i ita cō-**  
**turbant animū cogitantis circūpendenti-**  
**bus malis: vt sicut aqua vndiq; confluere**  
**videat: et simul circū dare metuentē. Et q̄a**  
**ecclesie in hoc mūdo pegrinanti ista nō de-**  
**sunt: dūmodo in his modo in illis mēbus**  
**eius vsq; quāq; cōtingunt: ideo dixit: tota**  
**die: p̄tinuationē significans tēporis donec**  
**finiatur hoc seculū. Et sepe amici et noti pe-**  
**riclitantes fm seculum sanctos formidine**  
**deserunt: de quibus dicit ap̄tus: Omnes**  
**me dereliquerūt non illis imputet: Sed vt**  
**quid hec omnia: nisi vt oratio huius sancti**  
**corpis mane: id est post noctē infidelitatis**  
**in luce fidei p̄ueniat deum: donec veniat sa-**  
**lus illa: in cui<sup>o</sup> nōdum re: sed iam spe salui**  
**facti sumus: eāq; cum patētia fideliter ex-**  
**pectamus: vbi nec repellet dominus ora-**  
**tionē nostrā: qm̄ tūc nihil erit petendū: sed**  
**quicqd recte petitū est optinendū: nec fa-**  
**ciem suam auertit a nobis: quoniā vident<sup>o</sup>**  
**eum sicuti est. Nec inopes erim<sup>o</sup>: quia co-**  
**pia nostra ipse deus erit omnia in omnib<sup>o</sup>:**  
**nec laborabim<sup>o</sup>: quia nulla remanebit infir-**  
**mitas: nec exaltati hūiliabimur et turbabi-**  
**mur: q; nulla ibi erit aduersitas: nec irā dei**  
**vel transeuntē sustinebim<sup>o</sup>: q; in eius beni-**  
**gnitate manente manebim<sup>o</sup>: nec frores ei<sup>o</sup>**  
**nos p̄turbabunt: q; p̄missa reddita nobis**

Alia lfa.  
 † auertis.  
 † Pauper.  
 † repellis.  
 † auertis.  
 † Pauper.

obuiabunt: nec territus longe fiet a nobis  
notus et amicus: ubi nullus erit qui timea-  
tur inimicus.

Explicit Tractatus de ps. LXXXVII.

Incipit Tractatus de ps. LXXXVIII.

**P**salms istum de quo loqui proposui  
mus caritati vestre: donante domi-  
no: accipite de spe quaz habemus  
in christo Iesu dño nostro: et erigite anios:  
quia ille qui pmisit ita cetera cõpletur est:  
vt multa cõpleuit. **B**at eni nobis ad eũ fi-  
duciam: non meritũ nostrũ: sed illius mise-  
ricordia. Et ipse est quatum arbitror. **I**n-  
tellectus ethan israelite. **U**n ista psal-  
mus titulu accepit. Audieras em quis bõ  
fuerit q̄ vocabat ethan: interpretatio nomi-  
nis huius robustum indicat. Et nemo in h̄  
seculo robustus est: nisi in spe pmisionis  
dei. Quatum enim attinet ad merita no-  
stra infirmi sum: q̄tum ad eius misericor-  
diã robusti sumus. Itaqz iste infirmus i se:  
robustus in misericordia dei inde cepit.

Sermo primus de prima pte  
psalmi.

**M**isericordias tuas domine:  
in eternũ cantabo. **I**n ge-  
neratione et generationem  
annũciabo veritatẽ tuã in ore meo.  
Obsequatur membra inquit mea: domino  
meo loquor: sed tua loquor: annũciabo ve-  
ritatem tuam in ore meo. Si non obsequor  
seruus non sum: si a me loquor mēdar suz.  
Ergo vt et abs te dicã: et ego dicã: duo q̄-  
dam sunt: **U**nũ tuum: vnũ meum: veritas  
tua: os meum. Quã ergo veritatem annũ-  
ciet: quas misericordias cãtet audiamus.

**Q**uoniã dixisti in eternũ miseri-  
cordia edificabit: **H**oc canto: hec ẽ ve-  
ritas tua: huic annũciande seruit os meũ.  
Quoniã dixisti in eternũ misericordia edi-  
ficabit. Sic inquis edifico vt nõ destruas:  
quoniã quosdã sic destrues vt nõ edifices:  
quosdã vo sic destrues vt edifices. Nisi em̄  
quidã destruerent vt edificarent: non dice-  
retur Hieremie: Ecce posui te ad destructi-  
onem et ad edificationẽ. Et vtqz omnes q̄  
idola colebant: et lapidibus seruebant: in  
christo nõ edificarent: nisi in pristino erro-  
re destruerent. **R**ursus nisi quidaz ita de-  
struerent vt non edificarent: nõ diceretur:  
Destrues eos et nõ edificabis illos. **P**ro-  
pter eos q̄ qui destruitur et edificant: ne pu-  
tarẽt edificationẽ qua edificant esse tpalẽ:  
sicut tpalis fuit ruina in qua destruitur: te-

nuit se iste cui os seruit veritati dei ad ipaz  
veritatẽ dei. **I**deo annũciabo: ideo dico:  
Quoniã dixisti securus homo dico: quĩ tu  
deus dixisti: quia et si ego in verbo meo flu-  
ctuarẽ: verbo tuo cõfirmarer. **Q**uĩ dixisti.  
Quid dixisti: **I**neternũ misericordia edifi-  
cabit. **I**n celis pparabitur veritas  
tua. **Q**uomõ supius ita in psequẽtibus.  
**M**isericordias tuas dñe inquit in eternũ  
cantabo: in generatione et generatione an-  
nũciabo veritatẽ tuã in ore meo. **D**ixit mi-  
sericordias: dixit veritatẽ: ita rursus vtrũ-  
qz iunxit: **Q**uĩ dixisti in eternũ edificabit  
misericordia: in celis pparabit veritas tua.  
**E**t hic repetiuit misericordiã et veritatem.  
**U**nuerse enim vie domini misericordia et  
vitas. **N**eqz. n. exhiberet vitas i impletõde  
pmissorũ: nisi pcederet misericordia in re-  
missionẽ peccatorũ. **B**einde: quĩ p̄lo israel  
etiã fm carnem venienti de semine Abrae  
pmissa erãt multa p̄betice: et ita ille p̄plus  
ppagatus est in quo implerent pmissa dei.  
**N**õ aut clausit deus fontẽ bonitatis sue etiã  
in alienigenas gentes quas sub angelis cõ-  
stituerat portiones sibi faciens p̄lin israel.  
**I**n hec duo et ap̄plus distincte distribuit mi-  
sericordiã dñi et veritatẽ. **A**it em̄ christũ mi-  
nistrũ fuisse circũcisionis p̄pter veritatẽ dei  
ad cõfirmãdas pmisiones patrũ. **E**cce qz  
nõ sefellit deus: ecce qz nõ repulit deus ple-  
bem suã quã p̄sciuit. **E**tenim cũ de casu iude-  
orũ ageret: ne q̄s putaret sic illos improba-  
tos: vt nihil frumẽti ex illa ventilatiõde i hor-  
reũ mitteretur: ait ap̄plus: **N**õ repulit deus  
plebẽ suã quã p̄sciuit. **N**ã et ego israelita  
sum. **S**i totũ illud spine fuerunt: vnde hoc  
granũ. **E**tobis loquor. **E**rgo impleta ẽ ve-  
ritas dei in his qui ex israelitis crediderũt:  
et venit vnus paries ex circũcisiõde applicas  
se ad lapidẽ angularẽ. **S**ed ille lapis angu-  
lũ nõ faceret: nisi aliũ parietẽ ex gentibus  
susciperet. **I**lle itaqz paries tanqz p̄prie  
p̄tinet ad veritatẽ: iste autẽ alius ad miseri-  
cordiam. **B**ico em̄ inquit christũ ministrũ  
fuisse circũcisionis p̄pter veritatem dei ad  
cõfirmãdas pmisiones patrũ: gentes  
aut sup misericordia glorificare deũ. **A**d-  
erito in celis pparabit veritas tua. **E**tenim  
omnes illi israelite vocati apostoli: celi fa-  
eti sunt qui enarrant gloriã dei. **B**e his ce-  
lis dicat: **C**eli enarrãt gloriã dei: et opa ma-  
nuũ eius annũciat firmamẽtũ. **E**t nouerit  
de his celis dici: certe de his in psequẽtẽ  
exp̄ssi dictũ ẽ: **N**õ sũt loq̄le neqz sermões

filia isa.  
t in eis.